

428. Ital. acryma ex purgant oculos ad celestia videnda. Joan. 10.

429. D. Anselm. Scrib. Lyran. Hogo.

430. D. Bern.

Tob. 11.

1. Reg. 15. Pulvere mortis illuminantur oculi.

431.

Cognitio sui ipsius optimi medicamentum ad vera cognoscenda.

Primaf. Richard. Justinian.

Nono Cardinalis Viralis speculo Scripturæ Sacræ, titul. Contemplatio. Lacrymis mundatur oculus interior, ut Deum speculetur: Apocal. collyrio inunge oculos tuos, ut videas Sic enim oculus recuperat sanitatem, ut videat, & experitur Dei suavitatem, ut videat. Maria Joan. 20. n. 14. stabat ad monumentum fletu plorans, & dum fletu, conversa est retro, & vidit Iesum stantem. Lacrymæ sunt tanquam collyrium, quibus purgantur oculi mentis ad celestia contemplanda; sic Magdelenæ oculi lacrymis expurgantur ut Iesum videant, & agnoscant.

Decimo, D. Anselm. Strab. Lyran Card. Hugo dicunt, quod per collyrium intelliguntur divina gratia, & dona Spiritus sancti, quæ duos mentis oculos, intellectum nempe & affectum illuminant. Si verò obijcias, quod dicitur, inunge oculos tuos: Respondet Lyran quia licet gratia sit à solo Deo data, tamen ad illam per suam voluntatem potest se homo ex Dei auxilio preparare, & disponere.

Undecimo, D. Bern Senens. Tom. 3. sermo 31. qui est de emenda charitate divina in 2. p. principali. Inunge collyrio oculos tuos; nam collyrium est pulvis, ex quo cum oleo fit unguentum, quo ungentur oculi, & clarificat visus. Primus pulvis eius veræ cognitionis est; Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertaris, quasi dicat, fac me recordari, quia sum pulvis, & in pulverem revertar, & hoc habeo vilissimum in me. Suades Dominus Episcopo, ut ungat oculos collyrio, nempe pulvere, ex quo homo est compositus, & in quem resoluendus; & hic pulvis est optimum medicamentum, ut expungantur oculi ab humore rerum temporalium, & videant sibi necessaria, & salutaria. Ex consilio Archangeli Raphaëlis junior Tobias, sumens de felle piscis linxit oculos patris sui. Tob. 11. n. 13. Cur ad hoc ministerium eligitur potius fel, quam cor? nam magnum miraculum edendum erat, si quidem visus ei restitutus est, cor autem pars est nobilior: cur ergo ad tantum opus non ipsa pars nobilior destinatur, sed fel, quod est quid inferius? Cur, cum sit principium vitæ temporalem vitam denotat, & fel ob sui amaritudinem mortem, Reg. 15. n. 32. & sic dicitur fel amatæ mortis, ad visum oculorum restituendum non applicatur cor, sed fel; quia representatione temporarium excæcatur oculus, figurat autem, & typo mortis illuminatur, ut videat, & penetret lumen Cæli & sibi necessariis.

Duodecimo, & maxime ad literam existimo, quod collyrium, de quo hic est sermo, sit cognitio sui ipsius, ac recta examinatio, ac præponderatio suarum actonum; nam hic Episcopus Laodicensis maxime laborabat sui nescientia, nam multâ arrogantia, ac jactantia habebat suos oculos obæcaros, dicebat de se esse divitem, locupletem, ac nullius egentem, cum revera esset miser, miserabilis, pauper, cæcus, & nudus; & ideo in tanta tepiditate jacebat. Persuadet ergo ad proportionatum medicamentum suæ infirmitati, ad sui nempe cognitionem ac advertentiam, qua oculus mentis ejus purgabitur ab humore nocivo suæ arrogantia ac tepiditatis & ita per sui demissionem, ac humilitatem intelliget & cognoscat suam paupertatem & nuditatem, ac dona quæ à Deo sunt. Ita, Primafius, Richard D. Laurent, Justinian.

lib. de casto connub. cap. 6. Rupertus Abbas in Rubertus. presenti; & ait: Collyrio inunge oculos tuos, ut videas, id est, cor tuum, vera humilitate purifica, ut per paupertatem tuam videas, verasque divitias bonitatis Dei agnoscat.

Dicitur Proverb. 24. num. 16. juxta Categram Græcam Cassian. collat. 22. ac alios. Septies in die cadit justus; & resurgit. In quo duplex est difficultas; si cadit, quomodo justus? & cur potius dicitur cadere in die, quam nocte, quando tenebrarum obscuritates homines ad peccata inviunt: cur ergo dicitur cadere potius in die, quam nocte: si cadit in die, id est cum sui cognitio e, se ipsum, suumque lapsum cognoscat, cadit ut justus, quia ex sua cognitione sui ipsius, ac sui lapsus se ipsum excipit, ut cito resurgat, & à peccati feditate, ac horrore se ipsum immundet. D. Bernard. serm. 17. in Cantic. sic ait. Septies in die cadit justus, & septies resurgit, inquit, resurgit, si tamen cadit in die, ut se cadere, & cecidisse sciat. Perpende ultima verba:

Paulo datus est Angelus Sathanæ, qui eum colaphizet, à quo se petit liberari vir Sanctus, nec obtinet, dicitur enim ei, quia virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. num. 9. Sed illustratur, seu gloriosior apparet. In infirmitate virtus illustratur, hoc videbatur potius dicendum in fortitu line, ac robore, nam in infirmitate virtus cadit, in robore firma stat, & perseverat; tamen optime dicitur; Virtus in infirmitate perficitur. Qui quando alicui, ne erret, ante oculos observatur suæ naturæ infirmitas, qualis erat Apostolus, & ideo postulabat ab illo spiritu liberari; inde fit maxima virtutis accretio; cum enim suam debilitatem inspicit maxime in humilitatem venit, & ad Dei opem confugit. D. Irenæus lib. 5. Voluit Dominus, ait, Apostolum suum sic colaphizari, talem sustinere infirmitatem, etiam dicit Verbum: virtus in infirmitate perficitur, meliorem efficiens hunc, qui per suam infirmitatem cognoscit virtutem Dei. Suam enim infirmitatem discere per sustinentiam nihil est malum; magis autem bonum est, non aberrare in natura sua.

QUESTIO XLIX.

Collyrium, quo inungendus est oculus, ut videat, explicatur de Divina Eucharistia.

Ita sentit D. Bernard. Senens. tom. 5. serm. 112. qui est quartus de Sacratissima Eucharistia. Quid per hoc collyrium, ait, ex pulvere, & aqua confectum, nisi hoc Sacramentum convenientius designatur? Quod ex aqua divinitatis, & pulvere nostræ humanitatis, per verbum assumens naturam humanam, ad illuminationem gentium, per acrimoniam passionis olim confectum est: nunc verò in consecratione conficitur, & devota Missæ auditions, mentis oculi inunguntur, & expurgantur, ut virtus ejus, gratia lumen in Ecclesia quotidie operetur. Ex terrenorum affectu, quædam obscura caligo,

435. Nam 11.

Hebræ. Lorinus

Eucharistia illustrat oculos mentis.

Blesens.

D. Chrypp

D. Anaf. Ab Eucharistia totus orbis illustratur.

437.

ornatus.

Euth.

caligo, ac albugo gignitur in oculis nostris, ideo devotè Eucharisticum Sacramentum sumendum est; nam hoc salutifero collyrio meas expurgatur a terrenis, & oculi mentis clarificantur, ac illuminantur ad celestia percipiendâ, & agnoscendâ.

Pro quo maxime facit illud, quod de manna refertur Num. 11 n. 1 ubi dicitur: Erat autem Manna, quasi semen coriandri, coloris bællii, ubi notter vulgatus habet stoloris bællii, vertunt alii ex Hebræo, Et oculus ejus, sive oculus bællii. Ex quo infert Lorinus ibi, Manna quosdam habuisse oculos, sive ocellum fuisse. Quid ergo tot oculi significabant in Manna? Nihil quidem in Manna, sed in eo quod figurabatur in Manna, Sacra scilicet Eucharistia; quia si in ea clauduntur oculi terreni, aperiantur Spirituales ad alta, ac sublimia percipiendâ. Sic dixit Petrus Blesens, lib. de Panibus, Cæcitas oculorum nostrorum, & aperit est interioris.

Elegantissime D. Chryppus serm. de laudibus Virg. Mariæ, Sacram Eucharisticum appellat Cœnam lucis. Nam hæc sacra cœna expellit tenebras, & cunctis dat lucem, & splendorem. Merito notat Anathasius Episcopus Nyssen. q. 93 in Script. Sacram, quod hoc divinum sacramentum luna decima quarta fulgente fuerit institutum. Cujus rei ea est ratio; quia dum luna est decima quarta, totus mundus est in luce, & tenebræ undequaque depelluntur; Hemispherium enim nostrum lumine lunæ plenæ integer illuminatur; alterum nempe Antipodam, sole fulgente per totum resplendet; tale ergo tempus ad institutionem hujus Sacramenti eligitur, quia virtute illius tenebræ erant dissipandæ, undique vera lux in mundo introducebatur.

Nota tamen, quod antequam hic Episcopus exciteretur, ut oculos inungat Eucharistico collyrio; prius ei suadet, ut emat aurum ignitum, & probatum; ac ut vestibus albis induatur, hoc est antequam ad Eucharistiam accedat, ut omni virtute exornetur. Ait Regius Vates Psal. 12. n. 5. Parasti in conspectu meo mensam. Quod de sacra Eucharistia intelligit bona pars Doctorum. Tamen antequam hæc Sacra mensa dicatur ante ipsum posita, præmissit Prophetæ: Deducit me super semitas justitias; hoc est, omni justitia, & sanctitate me implevit. Sic interpretatur Euthym. & ait: Per justitiam illam universalem justitiam intelligitur que omnes virtutes amplectitur; per semitas verò alias particulares virtutes. Ac si dicatur, quod plus omni virtute est imbutus, & tunc postea Eucharistica mensa in conspectu ejus est posita, aliter ad illam non valebat occidere.

Apoc. 3. n. 19. Ego, quos amo, arguo, & castigo: æmulare ergo, & age poenitentiam.

VERSIONES.

Arætas. ego quoscumque amo, arguo, & erudio etiam. Arabicus. Nam unumcunque diligimus, eundem corripiamus, æmulare igitur, & quare poenitentiam.

Multi ex Grægo. Syrus. Tyguris.

Amulus ergo sis, & reficisce. Amulare ergo, & reficisce.

EXPOSITIO XIV.



SPERITATEM verborum suæ apprehensionis, qua Dominus usus fuerat erga hunc Episcopum, quod nec erat frigidus, nec calidus, sed tepidus, & inde quod inciperet eum vomere, quod erat miser, miserabilis, nudus, & pauper & quod collyrio inungeret oculos suos, nunc Dominus temperat, & mitigat dicens, Quos ego amo, arguo, & castigo. Ac si dica, ergo hæc monita accipe quasi argumenta amantis animi, ut revera sunt. Ego quos amo, tanquam filios, amicos, ac discipulos, arguo; sic collyrio. Et castigo, eorum pueriles mores: Nam ubi nos habemus; castigo, Radix Græca, ut notat Ferrarius habet verbum, quod significat cottigere puerum; ut Pater castigat Filium, Magister Discipulum.

Amulare ergo. Id est, arde zelo, totis viribus procura, ac contende; sis unus ex illis, quos ego, quia eos amo, arguo, & castigo. Et ut ego ita me geram tecum; sicut me gero cum illis, quos amo, & ad hoc tibi assigno medium conveniens ac proportionatum: Poenitentiam age; nam per poenitentiam meum amorem impetrabis. Et hæc interpretatio, etsi videatur nova, tamen genuina est, ut magis explicabo infra.

QUESTIO L.

Quare Dominus, quos amat, arguit & castigat?

At Dominus, quos amo, arguo, & castigo. Arguit verbis & reprehensionibus, castigat verò laboribus tribulationibus; non vero cæteros; Maxime sed quos amat, castigat tanquam domesticos ad emendationem, ut patet filium juxta illud Hebr. 12. n. 6. Quem diligit pater ad emendationem. Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Tanquam filius vobis offeri se Jerem. 30. Deus. Alios vero arguit, & castigat ut extraneos sive inimicos ad perditionem, & condemnationem. De quibus ait Jerem. 30. n. 14. Plaga inimici percussit castigatione crudeli. Ac partitum illorum, quos Deus ut Filios, ac Domesticos habet, ab his quos non diligit ut suos, sed ut extraneos negligit, sive ut inimicos odit.

Quæstio est; quomodo dicat Dominus: quos amo, arguo, & castigo. Nam amor totus blandus, totus tener est, & valde delicatus, & quibuslibet dilecti injuriosis acerbè feritur: sic ait Dominus Zach. 2. n. 8. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Quomodo ergo ait Dominus, quos amo, arguo & castigo; nam ut ait D. Gregor. Nazianz. Benevolentia illex est humana natura acerbitas adversatrix hominum est.

Respon

442. Respondeo. Primo, suos castigat Dominus, ut eorum delicta expiet, & munda, & cosque ab errore adverteat, & ad veritatem agnoscant ad ducatur, quod optimus Magister est punitio, ac castigatio, D. Basil. Sel. orat. 4. sic introducit Evā loquentem. Nisi meam mandati divini transgressionem, non a Paradiso excidisse meis que peristi, docta sum: agnosco punitorem, excepti panā, que ut magistra me ab errore vindicaret, seductiois pericula suffocant, alteras insidias non admittit.

443. Secundo, castigat Dominus suos, ut eos in virtute instruat, & informet; nam quos Dominus suā voluntati relinquit, supplicio afficit; verberat verò suos, ut eos magis expoliet, ac perficiat, & instruat in via salutis. Quod optimè expendit Ambrosius, Ansbet. Vultus, qui occisioni preparatur, liberis pascuis saginari permittitur, qui verò ad usus necessarios reservatur, iugo, & lovis domatur, & verberibus caditur: & agro, qui desperatur, quidquid anima concupierit, etiam saluti eius contrarium, à medico conceditur, cuius vera recuperanda salus existimatur, quæque sunt animæ eius desiderabilia, saluti que contraria omnino negatur, unde nec illis invidendum, qui temporalibus flagellis iudicantur indigni: & quia electi per presentes tribulationes ad hereditatem paternam, & reprobi sine temporali flagello ad mendicitatem perveniunt æternam.

444. Tertio, Iusti castigantur à Domino, ut eorum merita augeantur, & crescant, ut factum est cū Innocente. Job, nam in adversitatibus virtus exercetur, humilitas demonstratur, patientia declaratur, & ideo valde gratulabundi Sancti labores excipiunt. Sic hunc locum explicat Tertullius de Patientia c. 11. Quid sit, ait, à Domino nonnulla credimus incuti, cui magis patientia, quā Domino prebeamus: Quin insuper gratulari, & gaudere nos docet, dignatione divina castigationis; Ego inquit, quos diligo castigo. O servum illum beatum cuius emendationi Dominus instat: cui dignatur irasci, quem admonendi à simulatione non decipit. Hinc David dicebat Ps. 117 n. 7. Narrabo opera Domini, castigans castigavit me Dominus. Proponit se narraturū opera Domini, ut pro eis gratias persolvat. Commemorat ne opus creationis, vel quoddam de pascuis asūptus est in regē, vel quoddam de Goliath gloriosus triumphator extiterit, minimè. Quid ergo refert? Castigās castigavit me Dominus, ac si inter tot illustria opera, inter tam magna beneficia, illud maxime emineret, quod à Domino fuerit castigatus: optimè sciebat, ac recognoscebat quantum lucrum quantumque fructum ipsa castigatio, ac ærumna secum importet, & ideo pro ipsa maxime gratulandum se profiteretur. D. Chryl. ibi sic ait: Narrabo opera Domini, quamam opera, dic quo ea, quæ narraturus, subiungit, castigās castigavit me Dominus. Non solum enim agit gratias, quod fuerit liberatus, sed etiam quod ceciderit, maximè agnoscat beneficium, & dicit: lucrum tentationis, quodnam hoc? Castigans castigavit me Dominus.

445. Quarto, aliquando Deus castigat ad maiorem ostentationem suæ gloriæ; sic dicere possumus percussam fuisse Lazarum amicū, & cæcum sic natum, de quo dixit Christus D. Neque hic peccavit, neque parentes eius: sed ut manifestetur opera Dei in illo. Joan. 9. n. 4. Vide quæ dixi supra hoc c. quæst. 30. n. 1. 58. 359. 360. & 361.

446. Quinto castigat Dominus ad exemplum aliorum: sic castigavit Job & Tobiam, illorum multis

plagis, hunc cæcitate, proponens illos omnibus exemplum patientiæ. Unde Philo Hebr. lib. de Phlio. Abrahamo, Patriarcharum vitas & facta appellavit leges, & verba non scripsit, sed veluti vultu. Postquam Christus D. dixit suis discipulis, Non est discipulus supra Magistrum, nec servus super Dominum suum: sufficit discipulo, ut si sciat Magister ejus: & servo sicut Dominus suus. Tertul. Match. 10. n. 24. Quem locum Tertull. lib. de bono Martyrii adversus Gnosticos rectè expendit cap. 8. Cū magister, ait, Dominus ipse perpeffus sit persecutionem, & traditionem, & occisionem, multo magis servi, & discipuli eandem expendere debent: ne quasi superiores exempli de iniquitate videantur: quando hoc ipsum sufficere ad gloriam debet, æquari passionibus Domini, & magistri.

447. Sexto, Quis amo, arguo, & castigo. Si amat, quomodo arguit, & castigat? Ad ostentationem sui eximii an oris; quia tam sublimis & alta est divina providentia, ut in ipso supplicio, ac calamitate flamma divini amoris luceat, ac scintilla pietatis ac miseri ordiæ divini rutilent.

448. Violato Dei mandato primi parentes cum tota sua posteritate mortis pœnæ obnoxii facti sunt; à paradiso expulsi, ab ipsis primò natus est Cain; secundo Abel: ob oblatum sacrificium, Cainus malitiosè infensus est Abel. Cū essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Gen. 4. v. 8. Primus mortis portas intrat justus Abel; cur non potius Adam totius prævaricationis, ac mortis causa: vel cur non potius Eva, quæ virum ad tantum crimen sollicitavit? & si mortis sententia in filiis Adæ erat exequenda; cur non potius devolvitur in Cainum quam in Abelem? O sublimè miserantis Dei ingenium! si in plagam mortis primo venient Adamus Eva, Cainus, validissimum esset mortis fundamentum, cū mors valde connexa sit cum peccatis, ac peccatoribus; ac cū in mortem primus venit justus Abel, valde debile est mortis fundamentum, iustus enim perpetuo non poterit decineri, iustus mortis vinculis, quin ad patriam suam cœlestē evolet, & proindeque in ipso mortis horrore, spes resurrectionis fulget, & nitet: sic castigat misericors Dominus, ut in ipsa castigatione detur amoris signum, & certa vitæ spes. D. Basil. Sel. orat. 4. Primum, ait, Deus convecit Abelem tolli de medio, ut aggressoris nequitiam usu meliore commueret, & vitium mortis subjiciat fundamentum. Justus enim in ipso morte occupatus, iusta causa ditione inferno eripit, & primam mortis viam, mortis dissolutionem fore spondet. Attentè pendere verba sequentia: O res inopinata in mortis vestibulo resurrectionis tabula legitur.

449. Postquam populus Judaicus septuaginta annis captivitate detentus fuit in Baby. one, inde veniens in patriam Jerusalem à Rege Persarum obtenta facultate templum extruendi, sacrificia restituit; tunc Nehemias Sacerdos diligenter conquisivit sacrum ignem absconditum, qui in alto puteo inventus est, quod Judæis presentibus Propheta referens, ait: Cū in Persidem deceretur Patres nostri, Sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant acceptum ignem de altari oculis absconderunt. 2. Mach. 1. n. 19. Ex quo insurgit grādis difficultas, quo pacto dicat sacer. Textus Judæam gentem ductam fuisse captivam in Persidem, cū aperte constet sub Chaldæo Nabucho donosore

donosore adductam fuisse in Babyloniā, quod adeo certum est, ut de hoc nullus Catholicus dubitet; De qua re multa commentatores Catholici scribunt. hæreticos referant, qui hunc Machabæorum librum tanquam cum magno mendacio in hac re de Catalogo Scripturæ dicant ipsi hæretici, expungendum; tamen, ut tenet Catholica Ecclesia, liber est Canonicus, & in hac re nullum est mendacium. Et libenter facio populum Judaicum sub Rege Babylónico in Babyloniā captivum ductum fuisse, & cū ibi esset post suam transmigrationem; tunc Babylonia venit sub imperio Cyri Regis Persarum, qui Israëlitas à captivitate exemi, & potestatem facit redeundi in patriam. Dicitur ergo: cū auerentur in Persidem, id est in potestatem Persarum; & quando Scriptura narrat captivitatem, non facit mentionem de potestate Babylonica, sub qua adducti sunt in captivitatem, sed tantum de Persica, sub qua liberati; quia Deus sic castigat, & opprimit captivitate, ut simul lætifcet misericordia, & recreet libertate, & in ipsamet captivitate signum solvendæ captivitatis legatur; & in exilii notis nota futuri reditus habetur, & dicuntur in Persidem ducti; quia a potestate Persica liberati sunt.

In ipso captivitate nomine futurus redditus designatur.

In ipso mortis vestibulo resurrectionis spes datur.

Deus concipitur natur impoenitentis, qui ignoscit poenitentis.

QUESTIO LI.

Quare tam altè huic Episcopo commendat Dominus poenitentiam, ac amulationem?

450. Ait Dominus huic Episcopo: Amulare tepiditate, in qua jacebas. Circa hoc verbum poenitentiam age, bene notat Tertull. quod hi Præsules Ecclesiarum majori ex parte, hoc c. 2. & 3. Apocalypsi magno supplicio interminantur, & inculpantur. Evolve, ait, quæ spiritus Ecclesiæ dicat. Desertam dilectonem Ephesius imputat: stuprum, & idolothorum esum Thyatirensis improbat: Sardos non plena opera inculat: Pergamens docentes perverta reprehendit: Laodicenos fidentes divitiis objurget, & tamen omnes ad poenitentiam commonet, & sub comminationibus quidem. Tunc subdit Tertull. lib. de Penit. c. 8. Non comminaretur autem non poenitentem, si non ignosceret poenitentem. Et quia ignoscit poenitentem, ideo comminatur non poenitentem.

451. Questio tota in hoc resolvitur, quare Dominus ait huic Antistiti; Amulare ergo? Et si verbum amulari, aliquando sumatur in malam partem, Psal. 36. n. 1. Noli amulari in malignitibus; tamen hic sumitur in bonam partem juxta illud ad Galatas 4. n. 18. Bonum autem amulamini in bono. Et tunc potest habere duplex significatum. Et primò, ut idem significet ac sequi ardenter, & efficaciter amare. Et tunc habet accumulativum; ut 1. Cor. 12. n. 31. Amulamini charitatem meliora. Id est, sectamini cupidissime pro ora dona. Aliquando ponitur sine accumulativo, & denotat; ac significat zelum amare, seu zelo commoveri, ut Num. 11. num. 29. Quid amularis pro me, seu zelaris pro me. 3. Reg. 19. n. 10. Zelo zelatus

sum pro Domino Deo exercituum. Amulari ergo hoc secundo sensu hic sumitur.

452. Ad hanc partem quæstionis Amulare ergo, respondet primò Corn. Id est zelare, seu zelum salutaris tue, & aliorum assume. At verò hoc non potest esse genuinus sensus; quia Dominus ait; Amulare ergo, & age poenitentiam. Quia ex ipso sumpto zelo inferit Dominus, quod agat poenitentiam: Sicut nec illud Ruperti, Ego te amo, amulare tu meum amorem; Et multò minus juxta literam est illud quod ait Alcazar. Amulare, id est agnosce tuam miseriam aque, ac incue in te amorem, & concepta amoris mei flamma, induere zelo vindictæ contra tepepè inu, & age poenitentiam.

453. Literalis ergo sensus. Quis ego amo, arguo, & castigo. Amulare ergo. Cū audis. Quis ego amo, arguo, & castigo, te stimulet, commoveat, & accendat zelus, ac amulatio, ut sic te agas, quod sis unus ex illis, quos ego amans arguo, & castigo, ac proinde non solum non sit tibi gravis, & dura hæc mea increpatio, ac reprehensio tui reporis; sed magis te accendat, & stimulet zelus, ut tecum sic agam; ac cū illis, quos amo. Et hæc genuinus sensus optimè colligitur ex illa particula illativa (ego) ac si ex antecedentibus quos amo, arguo, & castigo, aliquid inferat Dominus. Et certè nihil aliud inferit; nisi id quod subditur, Amulare, ut nempe sis, ex illis, quos ego amo ac proinde ut tecum sic me habeam, ac cū illis; ac proinde ad hunc meum amorem procurandum, tibi proportio-

454. natum medium assigno, poenitentiam age. Ioachimus Abbas in sensu morali sic rem explicat. Juberit iste Angelus, ait, amulari, & agere poenitentiam, ut quem torporis ignavia tepuisse constabit, præteritam infamiam notam, qua videbatur esse confusus, nova conversionis studiis delere quamocius studeret: ille enim amulatur & poenitentiam agit, qui se ad partem optimam, quam neglexit; forte vocatum esse perpendens, tunc ad majora exercitia semetipsum excitat; quò se posteriora dilectionis munera neglexisse cognoscit. Arguit Dominus hunc Episcopum de tempore, ac negligentia, quia nec frigidus, nec calidus es, sed tepidus. Nunc verò eum ad zelum, ac amulationem provocat, ut quantum fuit in torpore, tantus sit in zelo, ac fervore, & quantum vires ejus erant remissæ in torpore, tantum essent vividæ, ac efficaces in virtutis consecutione.

455. Clamat latro de Cruce ad Christum: Domine memento mei, cū veneris in regnum tuum. Luc. 23. n. 42. Quem sic affatur D. Athan. serm. contra omnes hæreses. O Beatum Latronem, ait, rapuisti in mundo latrocinando, rapuisti item regnum ista confessione. Sagacitate furandi temporalia rapiebat, etiam sagacitate quadam spiritali regnum Cœlorum rapuit, & obtinuit, & sagacitas, ac ingeniositas, quæ erat in temporalibus, versa est in bona spiritalia.

456. Cū perimendus esset Holofernes, Accessit Judith ad colannam, quæ erat ad caput lectuli ejus, & pugione ejus, qui in ea ligatus pendeat, exolvit. Judith. 13. n. 8. Ad mortem tanti ducis, non multi milites vocantur, non arma de Vulcani arte quæruntur, sed incernis femina Judith sumpto ipsius Holofernis gladio illum trucidavit, ut ipsemet gladius, qui in manu Holofernis tyrannidi inservierat, in manu Judith inserviat justitiæ. D. Bruno serm. 5. explicans illud: Sicut umbri vestri præcintilli; sic ait: Illi bene pro-

452. Corn.

Rupert. Alcazar.

453. Genuinus sensus.

454. Ioach.

Quantus fuit in terrenis, tantus sit in spiritalibus.

455. Luc. 23. D. Athan.

456. Judith. 13.

D. Bruno